

libera, a me tamen nichil abfuit quominus partes omnes meas<sup>(a)</sup> interponerem. Brutus autem meus, quem tu michi impingis, si tam presens in conservanda republica quam acer et promptus in acquirenda fuisset<sup>(b)</sup>, aut si tam<sup>(c)</sup> armis, quod faciliter<sup>(d)</sup> poterat, quam ego lingua, pugnasset, rempublicam, quam nullam quidem 5 antequam morerer infelix vidi, aut optimam aut certe aliquam reliquissem. nunquam enim, quando a me in Italia<sup>(m)</sup><sup>(e)</sup> quotidie accersebatur<sup>(f)</sup>, tantum corruerat libertas quin manu et<sup>(f)</sup> consilio erigi posset. sed non est par<sup>(g)</sup> ut aliena errata nos accusent<sup>(h)</sup>. ego michi videor omne<sup>(i)</sup> quicquid usque poteram recte et secundum easmet artes, quibus tu cum<sup>(k)</sup> Bruto nichil iam tribuis<sup>(l)</sup><sup>(2)</sup>, 10 prestitisse, nec magnopere quid<sup>(m)</sup> illi respondeam moveor. dissensimus enim crebro et cum summa quidem gratia, non solum in disciplinis et philosophia, sed etiam de republica, cum aliter sibi, ut sunt iudicia hominum libera<sup>(3)</sup>, michi aliter videretur. non difficile igitur, que in nos invehit<sup>(n)</sup>, sibi concedimus. vehemens enim dolor, quem de republica eversa conceperat, ita eum loqui<sup>(o)</sup> co- 15 gebat, et nos ex plurima familiaritate ii<sup>(p)</sup> videbamus, in quos potissimum dolorem suum tuto evomeret<sup>(q)</sup>. sed nos quidem et factorum memoria et recti animi conscientia tuti nobis sumus. qua<sup>(r)</sup> 20 quidem conscientia et Antonii dementie<sup>(s)</sup> obieci me<sup>(3)(4)</sup>, et Octavium favore prosecutus sum, quandoquidem is fuit qui favore dignus videretur. placebat siquidem Augustus tunc cum dignitatem senatus, libertatem populi, commoda denique plebis tuebatur, quando omnia consilio et auctoritate publica<sup>(u)</sup> faciebat. non enim ami- 25

- (a) *RG orationis* (b) *R in acquirenda fuit G in agenda fuit L om. fuisset*  
 (c) *LC tantum* (d) *Codd. quam CRG feliciter* (e) *L quando a me in Italia*  
 (f) *L ut* (g) *CRG om. par* (h) *L R accusent che G corr. in excusent lezione di R e C.*  
 (i) *G videor esse* (k) *RG tum cum* (l) *G tribui* (m) *L quod* (n) *RG invehitur*  
 (o) *CRG om. loqui* (p) *RG hi* (q) *RG emoveret* (r) *L quando* (s) *C clementie*  
 (t) *RG obli a me* (u) *RG auctoritatem publicam*

(1) Cf. *Epist. ad Brutum*, I, x, 4: «artibus nihil tribuo, quibus Ciceronem  
 «quam ob rem advola, obsecro»; xv, «scio instructissimum esse».  
 12: «illud valde necessarium, Brute, (3) Cf. *Tusc. IV*, iv, 7: «sunt enim  
 «te in Italiam cum exercitu venire «iudicia libera».  
 «quam primum». (4) Cf. *Epist. ad Brutum*, I, xv, 6:

(2) Cf. l'epistola di Bruto ad Attico «statim me obtuli Antonii sceleri atque  
 (ivi, I, xvii, 5): «ego vero iam iis «dementiae».